

THESES THEOLOGICAS,

Ob quas

H. S. P.

Ingentem in Russia passus est
persecutionem,

AD

VERBI DIVINI CANONEM EXAMINATAS,

Consensu Maxime Reverenda Facul-
tatis Theologice in celebri ad Auram Acad-
emia, d. x. Octobris, si Deus voluerit,

Anni MDCCXXIV,

DISSERTATIONE PUBLICA

Proponet

DANIEL JUSLENIUS,

L. L. Sac. Profess. Advocatus,

Respondente

S. R. M. Alumno

HENRICO ALANO, Henr. F.

In Auditorio Maximo.

Aboe, Imp. E. Flodström R. Acad. Typ.

Ro. 1. editio

10.

"יְהוָה יְהוָה"
**THESES
THEOLOGICAS,**
Ob quas
H. S. P.

Ingentem in Russia passus est
persecutionem,

AD

**VERBI DIVINI
CANONEM
EXAMINATAS,**

*Consensu Maxime Reverenda Facul-
tatis Theologicae in celebri ad Auram Acade-
mia, d. x. Octobris, si Deus voluerit,*

Anni MDCCXXIV,

DISSERTATIONE PUBLICA
Proponet


DANIEL JUSLENIUS,

L. L. Sacr. Profess. Aboensis,

Respondente

Dns Henricus Flano Bo-

In Auditorio Maximo:



Q. B. F. F. E. Q. E. J. D. O. M.

Q. B. F. F. E. Q. E. J. D. O. M.



Ccasione m

Scripti , Christiane
Lector , breviter si
cognoscere cupis ,
hanc habeto . Cum copiæ Musco-
viticæ , flagrante bello , ante annos
fere tres per Divinam Gratiam com-
posito , Fenningiam nostram tene-
rent , erat inter illos Vir haud in-
fime conditionis , cuius nomen ob-

graves reticemus caussas, qui accepto Forsim Volumini Bibliorum Svecano, quod Templo nostrati Cathedrali postmodum donavit, heic hodieque assertarant, sequentibus verbis confessionem suam, caussamque persecutionis sustentare inscripsit: quam confessionem, cum brevi censura ad normam Verbi Divini, L. B. oculos ponetnos, sequentibus consignatam verbis.

Hunc librum dono offero Ecclesie Cathedrali Aboensi, ut manifestem me esse credentem in unicum Salvatorem IESUM Christum, & justificari me per solam fidem in illum: & cuicunque fiat, quod habebas DEUS invisibilis ecclesiam. Ego enim . . . quod docuerim solam meritoriam caussam nostrae salutis esse Dominum IESUM Christum, prater quem nullum hominem esse sine pec-

peccato, sed esse omnes obnoxios peccato;
 Et quod docuerim non esse invocandos
 sanctos demortuos, cum non sint Deus,
 Et de nobis nihil ex se sciant; nec esse ado-
 randas imagines, ut insensibiles; Et quod
 nihil nunc valeat delectus ciborum: deje-
 dus sum primo ex officio N.N., Et exilium
 passus sum vix now per annum. Sed
 per singularem gratiam Et misericordiam
 Divinam liberatus sum, ex imperio Se-
 renissimi Monarchae Nostrae PETRI PRIMI,
 Et denuo donatus sum officio N. Us ergo
 manifestem bac, quod amantissimus sit
 nostra salutis Deus, Et ubi nunquam
 sperabile est, ibi habeas credentes in se,
 Et laudantes se vero cultu: Et ut vere
 fideles confirmentur magis Et magis in
 vera fide in Christum Dominum, offre-
 ro domo hunc librum in Ecclesiam Cat-
 hedralem Aboensem; Et ut ex hoc
 libro, qui est Verbum Domini, Et uni-
 ca norma Et regula, omnium tuum ad
 fidem, cum ad bonas mares procedantum,

doceantur pie animæ, & fidem salvificam habeant. Podeo N. N.

Hec sunt, quæ Vir ille supra laudatus consignata nobis reliquit. Sed, si verum est, quod a Personis fide dignis, quorum ex nostris amicitia ac familiaritate est usus, accepi, quod pius ac probus fuerit; nunquam, quantum observari licuerit, a nostris in religione disenserit, sed Nobis de doctrinæ coelestis puritate gratulatus sit: rectius sane fecisset, si invariatæ Augustinæ Confessioni, subscripsiisset, cunctaque ejus contenta approbasset, quam ut confessionem suam admodum mancam & mutilam, in qua per multa adhuc desiderantur, confignasset. Idecirco Theologi Nostrí hanc de re sat accurate judicant: quid opus est edere privatas fidei confessiones,

cum in Ecclesia Lutherana Libri Symbolici sufficienes sint confessiones? his qui absq; exceptione astipulantur, pro Orthodoxis, his qui retragantur, pro haereticis schismaticisque habemus. Si enim cuilibet integrum esset conscribere confessiones, brevi tales infinitæ ac innumeræ exstarent. Optima itaque & tutissima fidei confessio est Librorum Symbolicorum receptio, eorumque sine omni restrictione mentali subscriptio. Rund und rein alles geglaubt/ oder nichts geglaubt/ Luth. Tom. 8. Jen. Germ. p. 177. Ex hac ejus confessione novem eruemus Aphorismos Theologicos, quos si absque reservatione quadam scriperit, Verbo Divino Librisque Symbolicis consentaneos, esse demonstrabimus: optantes simul, ut plium consensum suum, non solum per aliquos sed & per omnes fidei articulos testari, omnibus haereticorum corruptelis non-

cium remittere, fidem bonamque
conscientiam ad vitæ finem serva-
re velit. Quicquid enim non prefi-
ciscitur ex fide, peccatum est Rom.
14: 23. & impossibile est absqua fi-
de DEo placere Hebr. 11: 6. hanc
respicit concio Petri: quod in omni
populo timens ipsum & operans
iustitiam, acceptus sit DEo, Actor.
9: 35. Addimus, quod ipsum Auto-
rem nostrum de se profatum com-
perimus: se veram illam Veterum
Graecorum tenere religionem; signiores
ab ea ralde deflexisse, nec retinere ve-
ram. Jam igitur consensum suæ
fidei, cum nostra, sanctissimo Dei
Verbo fundata, & concordiae Libro
expresa, in quibusdam articulis,
quos ex edita confessione haurire
licet, breviter perspiciamus sequen-
tibus aphorismis. Quorum esto

1^s. Verbum DEi scriptum est unicā (& *adsequata*) norma & regula , omnium , cum ad fidem , tum ad bonos mores spectantium . Vid . Jes . 8: 20 . Luc . 16: 29 . Joh . 5: 39 . & c . 15: 15 . 2 Tim . 3: 15, 16, 17 . 2 Pet . 1: 19 . 1 Joh . 1: 3, 4 . Confer . Epit . Cred . p . 570, 571 . Sol . Decl . p . 632 .

Contra Manich . Græc . Pontif . Anabapt . Enthus . Qvack . Socin . Armin . Schwenckf . Weig . Fanatic : recent : Indiffer . Pietist .

2^s. Verbum DEi docet , & fidem generat . Psal . 19: 8, 9, 12 . Joh . 17: 20 . & c . 20: 31 . Act . 10: 17 . confer . Aug . Conf . p . 10 . Sol . Decl . p . 670, 671 .

Contra Schwenckf . Rathman . Qvack . Enthus . Reform . Armin . Socin . Phorin . Weigel . Fanat : recent : Indiffer . Piet .

3^s Olus DEus omnipotens & O-
 mniscius est invocandus & a-
 dorandus: non sancti demortui no-
 stri nescii (*nec virgo Dupara Ma-
 ria*;) non sensu carentes imagi-
 nes. Deut. 6: 13. & c. 10: 20, 21.
 Matth. 4: 10. Luc. 4: 8. Jel. 63: 16.
 Exod. 20: 4, 5. Jel. 46: 7, 10.
 Confer. A. C. p. 19. Apol. p. 223,
 224, 229. Art. Smalc. p. 310.
 contra Atheos, Manich. Archont,
 Massalian. Pontif. Græc. Socin,
 Calvin. Armin. Photin. Fanat.

4^s. D^eus est amantissimus nostræ
 salutis (i. e. *serio vult omnes
 homines salvari*) Ezæch. 18: 23. & c.
 33: 11. Rom. 11: 22. 1 Tim. 2: 4.
 2 Pet. 3: 9. Conf. Epit. p. 618, 619.
 Decl. p. 805.
 contra Prædestinat. Zwingl. Calvin.
 Jansenistas cæterosq; Pontif. Socin.
 Calixt. Fanat: Indist.

5^s. D ominus JESUS Christus est sola meritoria causa salutis nostræ. Jet. 53: 6. & c. 63: 3: 1 Tim. 2: 5. Actor. 4: 12. Hebr. 9: 12, 26. & c. 10: 10, 12, 14. Conf. A. C. p. 16, 19, 25. Cat. Maj. 493, 494, 495. Decl. p. 704.

Contra Græc. Pelag. Synerg. Major. Osiandr. Stanciar. Socin. Anab. Pontif. Calvin. Arm. Photin. Calixt. Weigel. Fanat. Indiff.

6^s. E xcepto Christo, omnes homines sunt infecti peccato (*etiam originali.*) 1 Pet. 2: 22. Heb. 1: 26. Rom. 3: 9, 10, II, 12, 23. & c. 5: 12. Conf. A. C. p. 9. Art. Sm. p. 317. Catal. testim. p. 834, 835.

Contra Novat. Carhar. Anabapt. Pelag. Arm. Socin. Weigel. Photin. Pontif. Fanat. Indiff. Piet.

7^s. J ustificamur per solam fidem

in Christum (*sine operibus.*) Rom. 3:
28. Gal. 2: 16. Eph. 2: 8, 9. Conf.
A. C. p. 18. Apol. p. 73. Epit. p.
583. Decl. p. 682.

Contra Pleud. Apost. Cerinth. Græc.
Pelag. Pontif. Major. Synerg. Socin.
Armin. Photin. Weigel. Calvin.
Fanat. Indiff. Piet.

8^s. Deuſ habet Eccleſiam inviſi-
bilem. 1 Reg. 19: 14, 18.
Joh. 10: 14, 27. 2 Tim. 2: 19. Conf.
Ap. p. 146, 148. Cat. Maj. p. 493.
Contra Donatist. Pontif.

9^s. Deleſtus ciborum nihil nunc
valet (*in ſtatua negotio.*)
Matth. 15: 11. Rom. 14: 2, 3, 14.
1 Cor. 8: 8. & t. 10: 25. Confer.
A. C. p. 28.
Contra Tacian. Encratit. Pontif.
Græc.

Hæc omnia uberius, fateor, exponi & potuissent & debuissent, in primis Orthodoxorum nostri temporis Theologorum, nec non Veterum, calculis astrui; & simul contra sententiam, tam antiquorum hereticorum, quam novatorum recentiorum, commenta prolixius refelli: sed ista nec hujus instituti ratio postulat, nec temporis admittit angustia. Satis est, quod cernamus hinc, quanta sit vis Veritatis cœlestis, ut gloriam DEO, non pauci in ipso ecclesiarum falsarum gremio, dederint, & ex Sacris literis lucem Divinæ Veritatis fœnerarint. Noscendi talia, præterim de papicolis, cupidum B. L. ad Flacii Catalogum testium Veritatis, Gerhardi Confessionem Catholicam, Ejusdem Bellarminum Orthodoxias testem, Dorschei Thomam Aquinatem Veritatis Evangelicas

licet Confessorem, & ab Antonio
 Reiserio editum Johannem Laudo-
 ym Theologum & Sorbonistam
 Parisiensem, Veritatis Evangelico-
 Catholicæ testem & confessorem,
 alegamus. Gratesque devotissimas
 Benignissimo, DEo Nostro agimus,
 quod, ubi minime speraveris, ha-
 beat in se credentes, & cognitio-
 nem Sui, Missione a Se IESU Chri-
 sti, salutarem, in diffinas diffude-
 rit gentes, eamque puram & in-
 taminatam inter nos hactenus ser-
 vaverit. Conjungamus juxta pias
 preces ad Misericordem Patrem,
 ne nos deserat unquam, nec derelin-
 quat nos, qui ubique terrarum,
 sub uno capite CHRISTO, Ipsi in
 fidei servimus unitate, ad inclinan-
 dum cor nostrum ad Se, ut sincere
 in omnibus viis suis ambulare queamus,
 & servare praecepta Ejus, & statuta
 Ejus, & iudicia Ejus, que mandauit

patribus nostris, quantum in hac
 fragilitate nobis datum concel-
 sumque est. Id faxit Spiritus Sui
 Sancti ductu, per J E S U M
 Christum Dominum
 Nostrum !

"הָאֵרֶיךְ זָgo" Psal. 117.

A M E N.



Possest
M. Peelen